



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quarè Christus vult tenere iudicium in die nouissimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

& hominum homo Christus Iesus : homo, inquit, Christus Iesus, & secundum illam humanitatem orat pro nobis. Sic semper adhuc saluat, & officium suum exercet vsq; ad consummationem seculi, quando gloria æterna incipiet. Hæc ergo maxima est consolatio, talem habere apud Deum fratrem, Dominum, aduocatum & exoratorem.

*INDE VENTURUS EST*  
iudicare viuos & mortuos.

CAPVT XXXI.

ARGVMENTA.

1. *Quare Christus vult tenere iudicium in die nouissimo.*
2. *Quomodo signa precedentia certissimum Christi aduentum indicant.*
3. *Que sit futura sententia vltima Christi timentis iudicium.*

I.



Rimò potuisset homo dicere Deo : Domine, nos alieno & non proprio peccato damnati sumus. Adam enim nos omnes fecit peccatores, Rom. 5. Deinde Domine, nemo nos docuit voluntatem tuam, viam & modum salutis nostræ. sed ne sic excusationem haberet homo, misit redemptorem Christum Deus filiū suum, quem dedit nobis, vt sit nostra sapientia, iustificatio & sanctificatio, 1. Cor. 1. per fidem in illum, Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, & car. etiam prædicauit nobis Euangelium Christus, prædicans præceptum patris, Psal. 2. & Ioan. 12. Verba quæ ego locutus sum, &c. Sic dedit mandatū Apostolis Marc. & Matth. vltimo. Prædicate Euangelium, pœnitentiam.

penitentiam & remissionem Luc. vltim. Et ideò nō  
 vult prius tenere iudicium, quàm prædicatum fue-  
 rit Euangelium in vniuerso orbe, Matt. 24. nè quis  
 se excusare possit in iudicio. Vt igitur nunc cuiq; tri-  
 buat in corpore & anima, prout gessit, siue bonū, siue  
 malum, 2. Cor. 5. & vt noti fiant qui obedierunt Euā-  
 gelio, & qui non, Roma. 10. dixit se venturum ad iu-  
 dicium cum potestate & maiestate magna, Lucæ 21.  
 Primus eius aduentus fuit occultus, secundus autem  
 erit manifestus, de quo dixerunt Prophetæ Psal. 49.  
 Deus manifestè veniet, & non silebit. & 95. Iudica-  
 bit orbem terræ in æquitate, & populum in veritate  
 sua, Actorum 1. Iterum veniet sicut vidistis eum eun-  
 tem in cœlum, & Malachias 4. de die extremo vatici-  
 natur, inquit: Ecce dies veniet succensa quasi ca-  
 minus, & erunt omnes superbi & omnes facientes  
 impietatem stipula &c. Sic ait Ioannes baptista Matt.  
 tertio. Ventilabrū in manu sua, & repurgabit aream  
 suam, & congregabit triticum &c. Et Petrus Act. 10.  
 Christus constitutus à Deo iudex viuorum & mor-  
 tuorum. Et Paulus 2. Timo. quarto. Christus iudica-  
 turus est viuos & mortuos in apparētia sua & regno  
 suo. Viui dicuntur, quos adhuc in carne ista inuentu-  
 rus est aduentus Christi, Luc. 21. 1. Thessal. quarto,  
 mortui dicuntur, qui de corpore ante hunc aduen-  
 tum exierūt, sicut exponit Augustinus in Enchiridio  
 cap. 55.

Secundò, inquit Petrus 2. Pet. 3. de quibusdam qui  
 dicunt, ambulantes secundum proprias concupiscen-  
 tias: vbi est promissio & aduentus eius? quasi dicerēt,  
 nullum erit iudicium & nullus Christi reditus. Sed  
 fratres, custodite vos ab errore tali, & crescite in co-  
 gnitione & gratia Domini nostri Iesu Christi. Ideò  
 maximè absterrerī debet à peccatis, quoniam iudex  
 omnia manifestabit, & consilia cordium & abscon-  
 dita tenebrarum, 1. Corinth. quarto. Et si quis non

Y 4 velit